



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 92. Responsio Cæsaris Landgravio data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

interfuerunt, accipio, Monachos ibi quosdam esse virulentos, qui dogmata superioribus annis eodem loco conciliata rursus in disputationem adducunt, & vita quoque tam sunt impuri, prorsus ut nihil ab iis expectari possit. Coloniensis Archiepiscopus haud dubie Vir bonus est, & quicquid hujus rei facit, ex officio sese facere arbitratur, praesertim, cum Ratisbonensis Comitii Decretum Ecclesiae reformationem ei mandet: eam vera, quam fieri potuit, moderatissime conscribi iussit, & necessaria tantum sustulit, & in sacris bonis nec minimum immutavit: Liber autem ille cum sacra Scriptura congruit, & habet veterum Doctorum testimonia, Tertulliani, Augustini, Ambrosii, & aliorum, qui proximiores aetati fuerunt Apostolorum: si qua vis igitur ei propter hanc causam intentetur, id cautionis loco futurum sit aliis, qui multo plura mutarunt.

§. XCII.

Responsio Cæsaris Landgravio data.

Ad hanc Landgravii orationem rursus Cæsar respondit hunc in modum: *Actionem Francosfordiensem suo loco relinquo, nec fidem iis habeo, quæ delata sunt, neque sane causam dedi, quam ob rem ita fiat: nunc meo etiam ut sermone tibi amplius satisfiat, Concilium eo procuravi, ut & reipublicæ prodesset, & qui sunt ibi Patres,*
ultro

Sæcul. XVI.
A.C. 1546.

Sæcul. XVI. A. C. 1546 ultro sese reformarent: neque meum est propositum, ut, si quid ibi decretum est, Confessionis Augustanæ Sociis idcirco vis ulla fiat: hac etiam ipsa de causa Ratisbonæ colloquium institui, cujus initium quidem fuit egregium, modo esset facta progressio: Coloniensis, etsi promiserit, velle supersedere, atque differre, progreditur nihilominus, & cogit homines ad suum institutum: Ratisbonæ factum est Decretum, ut suas Ecclesias Episcopi reforment, non autem illis permis- sum, ut novam fidem atque Religionem in- troducant: deinde & hoc additum, ut emen- dationis formulam concipiant, & post in al- tero Imperii Conventu cognoscendam exhibeant: ille etiam Ecclesiæ Ministris atque Pastoribus ordinariis remotis instituit no- vos: adhæc impediit Canonorum faculta- tes atque Vestigalia, sibi que partem aliquam ex iis voluit adscribere, & acerbis edictis rem egit, sic quidem, ut patrociniū & o- pem meam imp'orante Clero, necesse habue- rim, pro meo munere, quod gero, contrariis mandatis illum coercere, ac prohibere, ne hæ- resis totum illius Electoratum inficeret.

§. XCIII.

*Landgravii responsum ad cunctos
hosce articulos.*

Rursus ad hæc Landgravius Cæsari hæc in responsis dedit: Quod ita be-
ne